



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 49. Novi Cardinales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

viam parvum comitatum habuit: sed nova dignitas eum sua solabatur.

Sæcul. XIV.
A. C. 1389.

Neapolim patriam, quadraginta quinque circiter ætatis annos, concinnam corporis magnitudinem, ac decoram faciem habebat. Loquebatur recte, grammatica non leviter tinctus: sed nec scribere sciebat, nec canere: in stylo Romanæ curiæ, velut si nunquam in ea fuisset, atque in negotiis tiro & rudis, nec ea, quæ rogabatur, intelligens libellis supplicibus sine delectu nomen subscribebat suum, ac de conclusionibus causidicorum in senatu sacro confuse pronunciabat.

§. XLIX.

Novi Cardinales.

In principio sui pontificatus per litteras Apostolicas confirmavit tria nova instituta Urbani VI, quorum supra meminimus. Die sabbati 18 Dec. Cardinales quatuor creavit. Primus erat Henricus Minutolus Neapolis Archiepiscopus e nobilissima urbis familia. Nicolao Zanasio, qui 25 Aug. eodem anno 1389 obierat, nuperrime successit, sed Neapolim per decem annos, quibus ei sacris in rebus præerat, nunquam venit. Renunciatus est Cardinalis Presbyter de S. Anastasia, ut Bonifacius ipse fuerat. Secundus, Bartholomæus Olearius Patavinus ex Or-

Gobel. pag.
269.

Sæcul. XIV. dine Minorum celebr Theologus, pri-
 A. C. 1389. mum Anconitanus, dein ab anno 1387

Florentinus Episcopus: reliquit vero se-
 dem declaratus Cardinalis Presbyter de
 S. Pudentiana. Successorem habuit Onu-
 phrium Steccatum Florentinum ex Or-
 dine Augustinianorum Volaterranum
 Episcopum, Florentiam translatum po-
 stremo Januarii an. 1390.

Tertius de S. Cruce in *Jerusalem*, Cos-
 matius Melioratus postea Papa sub nomi-
 ne Innocentii VII. Lucem acceperat Sul-
 mone in regno Neapolitano. Urbanus
 to. 2. p. 33. eum an. 1386 nominavit Episcopum Bo-
 noniensem, sed populus recipere noluit.
 Bonifacius IX ei administrandum, dum
 conferretur, dedit archiepiscopatum Ra-
 vennensem pro vacante habitum ob de-
 sertionem Pili Pratini. Quartus, Christo-
 phorus Maronus Romanus Iferniæ in pro-
 vincia Capuana Episcopus, modo Cardin-
 alis Presbyter de S. Cyriaco, & Archi-
 presbyter de S. Petro.

Bonifacius præterea in pristinam di-
 Rayn. u. 14. gnitatem restituit tres Cardinales ab Ur-
 Gobeil. c. 84. bano VI exauthoratos, scilicet Adamum
 Estonium Londini Episcopum, cui reddi-
 dit titulum de S. Cæcilia; Bartholo-
 mæum Mezzavaccum Episcopum Reati-
 num, quem nuncupavit Cardinalem de
 S. Martino in *Montibus*; & Landolfum
 Matanorum designatum Archiepiscopum
 Baria-

Barianum, quem dixit Cardinalem Dia-
 conum de S. Nicolao. Denique Cardi-
 nalis Pilus Pratinus Ravennæ Archiepis-
 copus, qui ab Urbano ad Clementem
 transferat, & hujus Legatum in Italia
 tunc agebat, ad Bonifacium se contulit,
 ac receptus ab hoc fuit ut Cardinalis: vo-
 cabatur ludibrii causa Cardinalis trium
 pileorum.

Sæcul. XIV.
 A. C. 1389.
 Vitæ to. I.
 p. 542. 1363.

§. L.

Deliberationes de schismate.

Avenione comperto Papæ Urbani obitu
 Clementis Cardinales ingressi pala-
 tium consilia cum eo conferebant, schis-
 ma finitum iri magnopere sperantes.
 Nam pro certo habebant, Cardinales Ro-
 mæ non facile intraturos conclave, sed
 potius ad partes Clementis accessuros.
 Edoctum de morte Urbani Gallorum Re-
 gem orabant, ut cognatos suos Germa-
 niæ, ac Hungariæ Reges, Ducem Au-
 striæ, ac Vertusii Comitem Mediolani
 Dominum ad deserendas Urbani partes,
 & curandam Ecclesiæ concordiam litteris
 adhortaretur. Clemens, & Cardinales
 scribebant etiam Burgundiæ Duci tunc
 Parisiis apud Regem versanti.

Froiss. 4. vol.
 c. 10.

Hic ea de re cum illo loquens, Mi pa-
 true! inquiebat, magnum me tenuit de-
 siderium eundi Romam numerofo cum